Supranominatis Generosis obligatariis suis aut eorum succ[esso]rib[us] ob noncompletionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata existens memorata Recognoscens Magca Marianna de Zmigrod Capitanea Camoven[sis] aut eius posteri ad instantiam supra scriptorum Generosorum Krecowskich et Soltysowicius obligatariorum suorum sive illorum succ[esso]rum ad Officium praesens Castren[se] Capitaneale Premyslien[se] extunc seu pro supra tero quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare ibique parere respondere vadium praefactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Legaesuos Succ[esso]res ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium de aliis omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios veluti infirmitate pro maiori minorennitate succ[esso]rum allegatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legabilibus impedimentis non afferendo. Adquietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castren[sis] Capitan[ealis] Praemyslien[sis] Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo praemissoq[ue] omnia praenis simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praesertione Terrestri bello convocationeq[ue] ac aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante

Eadem Potockim Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen. Castren. Ca-
959 pitan. Praemyslien. Magca Marianna de Zmigrod olim Magnifici
Andreae Ostrorog Dapiferi ... Capitanei Consortis ...
... sana mente et corpore existens a Terris Districtibq
Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competenti
bus recedendo Praesenti vero Castren. Capitanei Praemyslien. Iuris
dictioni quo ad actum hunc attinet seeum Successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subij
ciendo palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia
ipsa bona sua propria et haereditaria in frascera videlicet
certas sortes in contractu eo nomine confecto et conscripto speci
ficatas in bonis villa Wacowice Palatinatu Russiae Terra
vero et Districtu praesen. Praemyslien. iacen. et consisten.
cum omni bonorum eorundem sortiumq memoratarum iure
dominio proprietate ...q obligatario omnibusq et singu
lis utilitatibus fructibus prouentibus redditibus commo
dis emolumentis obuentionibus ... cum curia agris prato
campis pascuis syluis bonis ... nemoribus indaginibq
rubetis vepretibus mericis villagiis hortis pomariis apiste
riis apum mellificiis structuris et aedificiis quibusuis
... non ... cmethonibus ... ad eas
dem sortes spectan. et pertinen. eorumq laboribus censibq
dationibus vectigalibus muniis et officiis quibusuis ...
et pertinen. generaliter uniuersis. Nihil ex praemissis Iuris do
minij proprietatis ac cuiusuis competentiae ...
pro se ... recognoscente Suisq Successoribus aut quopiam alio
reseruando seu excipiendo. Verum ita late longe ... fe
renhalberg prout ... bonorum seu sortium memo
ratarum haereditas ... in suis metis et limitibus ab antiquo
extendit.

extendit et protenditur et prout eadem bona seu sortes praefatas ipsamet Magna Recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsamque concernebant ac eidem Ume Teniebant Iam ex nunc et de facto Generosis Mario Potocki et Zophiae Kre crouzka Conniugibus legitimis et eorum Successoribus in Summa Sex Millium Quingentorum Florenorum Polonicalium hinc et ab actu praesenti ad Feriam Secundam post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae post biennium Integrum hinc proxime venturam et in defectu prolutae bonorum eorundem seu sortium memoratarum exemptionis Summaeque supra dictae totalis et integrae persolutionis ex tunc de Anno ad annum pro simili die et Feria Secunda post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae post annum sese determinante, Annis et Feriis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum eorundem seu sortium suprascriptarum Summaeque memoratae totalis et integrae realem persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout obligat inscribit et invadiat praesentibus. In quorum quidem bona seu sortes memoratas praesentibus obligata et invadiatas eam ex nunc et de facto eadem suprascripta Recognoscens Magna Capitanea Janiolien iisdem supra scriptis Generosis Potockim Conniugibus obligatariis suis et eorum Successoribus coram officio praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per ministerialem quemvis competentem et nobiles duos die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsos obligatarios suos et eorum posteros hic eadem bona supra scrip

seu sortes memoratas praesentibus obligatas et inuadiatas
cum universis eorum utilitatibus et usufructibus attinentiisque
et pertinentiis generaliter omnibus tenendi habendi et possiden-
disque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum
quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter con-
vertendi iure ac titulo obligatario. Debebit et tenebitur memo-
rata Recognoscens Magda Capitanea Sanioli eadem prout se
ac suos successores in et super bonis suis generaliter omni-
busque quibusvis pecuniariis habitis et habendis
supra scriptis Generosis Dominorum Conjugibus obligatariis
suis et eorum successoribus inscribit et obligat praesentibus.
Ipsos et eorum successores in dictis bonis seu sortibus memo-
ratis praesentibus obligatis et inuadiatis, et ratione eorundem
omnium ab omni et quavis impetitione vindicia quarumcunque
personarum cuiuscunque conditionis status et sexus quivis
existentium exorienda in omni judicio et officio Regni dem-
ptis totiesquoties opus fuerit tueri defendere eximere
intercedere ac eliberare, indemnesque cum posteris facere
nec non haec eadem bona seu sortes memoratas praesentibus
obligatas et inuadiatas ab omnibus in genere juribus
et inscriptionibus prioribus et posterioribus super prae-
missa omnia modo quovis cuicunque personarum factis
et faciendis, tum etiam a quibusvis citationibus in eadem
bona supra scripta seu sortes memoratas modo quocunque
importatis et importandis, Iuris denique et pertinentiis pro
effectibus Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris
dependentibus et in quovis Judicio et officio Regni obtentis
et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus
obligatis et inuadiatis perductis et perducendis emundare

et eliberare

et eliberare mundas et libera semper facere et reddere ac etiam intromissionem prefatam coram officio presenti admissam in fundo bonorum praefatorum seu sortium memoratarum presen obligatas et invadiatas dum per ministeriales et nobiles eius requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem liberedare et effectualiter admittere datas et admissa eadem possessionem et usum fructum premissorum omnium presentibus invadiatorum modo quovis tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non prae pedire nec adimere ipsos obligatarios suos et eorum posteros in premissis omnibus presentibus obligatis nullo modo in iuriari. Ita ut hii eadem bona supradicta seu sortes memoratas presen obligatas et invadiatas iidem obligatarii dui suis cum posteris quiete et pacifice presentis Inscriptionis obligatorii vigore tenere habere et possidere queant, illisque uti frui possint usque ad exemptionem bonorum eorundem seu sortium memoratarum presen obligatarum summae realem et effectualem persolutionem. Sub va dio summae supradictae similiter abominimode videlicet Sex millium et Duncentorum florenorum Polonicalium per eandem supradictam Magnificam Recognoscentem aut eius successores praedictis Generosis Brochwicz Conjugibus obligatariis suis et eorum posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata existens memorata Recognoscens Magnifica Capitanea Damblien aut eius posteri ad instantiam supra-

nominatarum Generosorum Potockich Coniugum eorumque obliga
tariorum suorum suic illorum Successorum [illegible] Officium praesens Ca
stren Capitaneale Premysliense stanno[?] processu suprascripto
quo ad respondendum spectat mediante semper in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere
respondere vadium praetactum luere inscriptioni huic sa
tisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seque
ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat
praesentibus. Illum terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem termi
nos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori
minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum
servitio militari admunimentaque evictorem vel alius qui
busvis dilationibus et legabilibus impedimentis non differend
ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praesentis Castren
Capitan Premyslien terminos dilationem sibi non requirend
nullasque motiones appellationes ac earum prosequutio
nes faciendo praemissaque omnia poenis temporalibus vel
triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris
praescriptione terrestri bello conventione ac aliis omni
bus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec
alio quovis modo evadendo. Stat sua praesenti perso
nali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Potocki Magnificam Capitaneam Garvolien Quietat et Consortem Statuet.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen